

1563. 19. Febr.

283  
& Epist. Sig. Aug. imp. Lipsiae.

## Prussiae Duci.

De liberatione Christopherei et profectioe Var-  
saviensi Joannis Alberti, Ducum Megapoleni-  
um.

92  
Illustris Princeps, Domine Consobrino noster  
charissime. Quid nobis rescribat Illustris Domi-  
nus Joannes Albertus Dux Megapolensis in ne-  
gotio Fratris sui Ducis Christopherei, et exemplo  
litterarum ejusdem hucce nostris adjuncto Illu-  
stritas Vestra cognoscat. Videmus autem negoti-  
um hoc Ducis Christopherei parum esse curae Il-  
lustri Domino Duci Joanni Alberto. Itaque to-  
tum illud Illustritati Vestrae committimus, poscu-  
lantes ut Illustritas Vestra in eam curam incumbat,  
quo causa haec ex dignitate nostra decisa atque  
determinari possit. Scribit quidem nobis Illustritas  
illius, velle se ea de re Varsoviam ad nos veni-  
re, verum nobis, ut id faciat, non videtur. Est e-  
nim Varsovia locus angustus, et magna hominum  
frequentia, et negotiorum moles in conventum hunc  
devoletur. Itaque disvadeat Illustritas Vestra  
Illustritati Illius, ne ipsa tantam molestiam subeat,  
verum potius per Oratores suos nobiscum agat; fa-  
ciet nobis Illustritas Vestra rem gratam. Qua be-  
ne valeat. Datum ut supra.

